

π m
539



M. Th
T
O
EC



M. H. 174. b. 49, 24.

II m
539

ORDINVM

EQVESTRIVM

TAM VETERVM

QVAM RECENTIVM, DEQVE
EORVM ORIGINE, HABITV, OFFI-
cijs & ornamentis: Relatio Historica.

È probatis & fide minime suspectis au-
toribus & monumentis succinctis ver-
bis desumpta ab Anno Incarna-
tionis 1110. vsq; ad 1595.

EDITA STUDIO
LAVRENTII PECKEN-
STENII GRIMMENSIS.



DRESDÆ, M. D. XCV.

ET
Submissè dedicata

ILLVSTRISSIMIS PRIN-
CIPIBVS ET DOMINIS

DDD. CHRISTIANO II.

IOANNI GEORGIO &
AVGVSTO, fratribus germa-
nis. & Ducibus Saxonie, Landgravijs Thuringie,
Marchionibus Misnie, &
Burggravijs Magdeburgensibus:

SEPTEMVIRI D. CHRISTIANI I.
laudatæ memoriæ relictis filijs gene-
rosa indole præditis, Dominis
suis clementissimis.



ORDINVM

EQVESTRIVM RELATIO

HISTORICA.

S. IOHANNIS EQVESTRIS ORDO.

A BALDVINO II. de Burgo tertio in ordine
designato Rege Hierosolymorum ANNO Christi
Regni verò secundo, hic ordo sacræ Militiæ à S. Ioanne
cognominatus, Hierosolymis contra Saracenos terram san-
ctam infestantes, institutus: suntq; illis pro consilio concessa
& tributa priuilegia, Tituli, honores & stipendia.

Horum munus fuit proprium regiam dignitatem ro-
borare & firmare contra hostes Ecclesiæ, proq; Republica
Christiana sedulo excubare, ne quid detrimenti capiat, atq;
singulis terram sanctam aduentibus mare terraq; iter tutum
præstare, Postea occupata ab illis RHODO Insula anno C.
Rhodiæ militiæ nomen adepti, & milites eius RHODIÆ
MILITIÆ EQVITES dicti sunt, vsq; ad Annum C.
quo Turca Solymannus adductis ducentis hominum mil-
libus quadringentis naubus, Rhodum Insulam obsedit,
& sub Iunij mensis finem, post varias & insignitas stra-
ges Militum, cum eo fortiter manus conserentium expug-
navit, in quam Turca ipsis Christi natalibus ingressus est,
& Milites cum Magistro ordinis ætate grandæuo saluis cor-
poribus & Rebus suis tuto abire concessit. Vnicum sane ex-
emplum seruatæ fidei ab ipso Turca. Compertum enim om-
nino est exploratumq; omnibus pariter victos & deditos

1119.

1308

1522.

eodem loco à Turcis haberi, fidemq; Mahometicam nihil aut parum differre à perfidia, & cum benevolentiam simulat acerbitatis & seuitiæ virus effudit.

Ab hac clade in MELITEN Insulam migrarunt ibiq; sedem fecerunt, vbi non minus quam ante in hodiernum vsq; diem cum Turcis de capite & fortunis Reipublicæ Christianæ ope & viribus Heroicis dimicant.

Aucti sunt præclaris honoribus & opibus, nec non Templariorum bonis & Reditibus post aboletionem illius ordinis, Anno Christi

Initiantur ritibus consuetis in monte Calvaria, & iuxta sepulchrum Christi à Guardiano supremo confirmantur, qui etiam vnicuiq; catenam auream centum ferme ducatorum Vngaricorum, à qua crux aurea pendet collo inijcit, gladium verò auro ornatum puro femori, calcaria flava pedibus aptat.

Præcipua capita iusiurandi ad quod sanctè de vinciti hæc sunt. Primo se Catholicum esse & Romanæ Ecclesiæ Religionem defensurum. Secundò, se genere nobili natum esse, tantasq; opes habere, vt reeditibus suis, se, & duos equos ad necessarios vsus Reipublicæ Christianæ attere possit. Tertiò, quod velit Missam colere & frequentare singulis diebus quater aut quinquies, singulis mensibus peccata confiteri, Sacramento vti & alia quæ ad cultum sanctorum pertinent obire. Postremò prohibetur ei omnis in sermone Vanitas, ebrietas, scortatio, & alia flagitia quibus equestris dignitas dedecoratur.

Olim

1521

1311

Olim recepti sunt nulli nisi nobili loco nati, hoc tempore autem admittuntur etiam alij minoris conditionis, ut sint qui pro Republica Christiana propugnant.

1529 II. TEVTONICORVM ET CRVCIFERORVM MILITVM ORDO.

1317 Imperante HEINRICO VI. Anno Christi 1190
I ad urbem Ptolemaidem hic ordo, qui & Hospitalaris dicitur à domo Hospitali, quam prope sepulchrum Domini ad recipiendos hospites olim cohabitabant initium sumsit. Etiam MARIANI milites dicti sunt à Symbolo diuæ Mariæ quod usurparunt. Officium eorum fuit curare peregrinos hospites, & imprimis propugnare pro religione Christiana. Idcirco albo vestitu cum cruce nigra tanquam nota professionis insigniti sunt. Eiectis è Palestina Venetias sedem transtulerunt. Inde evocati à Conrado duce Massouie aduersus Borussos ferocitate indomitos, potiti sunt Prussia, deinde Livonia, Curlandia, & parte Poloniae, Pomieraniae & Gotlandiae. Cum autem ipsi prospero fortunæ flatu elati quasi insolescerent Tyranniceq; omnia agerent, ea quæ virtute antea pepererant, maxima ex parte amiserunt.

Magistri ordinis summi numerantur in vniuersum Triginta quatuor à prima fundatione vsq; ad Annum C. 1226. 1330
quo Borussia Ducatus Hereditarius & Regni Poloniae feudum facta. 1512.

III.

GLADIATORVM MILITVM
ORDO.

Eodem tempore pené hic ordo in Liuania quo Teutonum
 cœpit, quibus etiam se coniunxerunt vt plus virium &
 autoritatis haberent aduersus Saracenos, à quibus maiorem
 in modum premebantur. Gerunt hi vestes cum cruce &
 duobus gladijs affixis, quibus tanquam Symbolo eorum mu-
 nus pugnandi **PRO ARIS ET FOCIS** signifi-
 catur.

1194

1238

IIII

IACOBITARVM EQVITVM
ORDO.

AB ALPHONSO IX. Rege Hispaniarum fœli-
 cissimo, insigni Mathematico & Astronomo Anno
 Christi institutus, cui insigne tribuit gladij sanguinolenti:
 quod in prælio, cum Mauris deuictis, ipsi apparuisset
 Apostolus S. Iacobus equo candido, vectus per aërem, cum
 gladio cruento & sanguine Maurorum stillante. Inde etiam
 tutelaris Deus Hispanorum habetur.

1271

Alij

1158

V.

AVRATORVM SIVE GARTERI-
ORVM EQVITVM ORDO.

AB EDVARDO III. Rege Anglorum fortissi-
 mo, post partam ad Cresciacum insignem victoriam
 & deuictum Gallum & occisum Boemia Regem Anno
 institutus: in quo illustri collegio, quod numero 26. Equi-
 tum constat Rex ipse primarium locum tenet.

1346

GAR.

1194
1238

GARTERII Equites dicti ab insigni & fascia
seu ligaculo auro & gemmis fibulato, & inscriptione
Gallica **HONNI SOIT, QVI MAL Y-**
PENSE, hoc est, Ignominia afficiatur, qui male cogitat,
ornato: quo crus sinistrum infra genu circumdant & ad
mutuam defensionem, auxilium & virtutem bellicam forti-
bus viris dignam se deuinciunt. Id ligamen tiliarum, lingua
Anglica **GARTER** vocari intelligo, Vnde Garterius
hic ordo Diuo **GEORGIO** Cappadoci bellatorum praesidi
consecratus, appellatur.

1271
Alti
1158

Vestitu Regali induuntur: Primò, laxiorem tunicam
ex caeruleo holoserico, indutam, loro ex filo serico arti-
ficiose contexto cingunt, à quo pendet ensis breuior, ad
antiquam plane formam fabrefactus sine curioso aliquo ca-
pulo, inaurato tamen. Tum talare & laxum pallium ex
holoserico Rubeo ad fuscum colorem vergente supraiectum
circumferunt, quod sub mento connectitur. In leuam ve-
ro humerum ex rubeo & albo Holoserico, prominulam
pendulam inijciunt, Tum torques ex auro puro puto mag-
nificentissime in latum concinnata, tergo circumijcitur,
quæ Cochleis & artificiosis nodis, varijsq; gemmarum glo-
bulis sumptuosissime interpolatur, ad cuius iunam partem
Diuus Georgius, equo insidens & Draconem igni vomum
premens forma ovali exsculptum monile dependet. Qua spe-
cie induti, se quotannis ad diem **D. Georgio** sacrum solen-
ni ritu & pompa Regali conspiciendos omnibus praebent.

In hoc collegium Angliæ regina Elisabetha quæ hæc
tenus rebus Anglicis ita præest, ut & Religionem Euan-
gelicam constanter tueatur, & regnum opibus, orbem verò
terrarum rerum gestarum magnitudine compleat, proceres
aliquot summo genere natos & laude virtutis bellicæ præ-
stantes cooptavit :

Philippum Hispaniæ.
Fridericum 3. Daniæ, &
Henricum 3. Galliarum Regem, nec non
Ioannem Casimirum Bauariæ Ducem, & Elect.
Palatinatus Administratorem, &
Adolphum seniore Ducem Holsatiæ, & alios
magnates Regni Anglici numero 16.

VI.

COMPOSTELLANI EQVITES.

HOrum ordo in Hispania extitit, & vniuersam ferè no-
bilitatem siue equestrem dignitatem comprehendit.

In signiti sunt cruce purpurea, quæ effigiem capuli
militaris Spathæ habet: Officium eius est aduersus infi-
deles, pro religione Christiana pugnare: Magister ordi-
nis primam à Rege dignitatem obtinet.

In hunc ordinem Henricus Saxo pius cognomi-
natus perlustrata terra sancta pro more religioso adopta-
tus est.

AVREI

AVREI VELLERIS ORDO.

Qui & Equestris ordinis senatus, & Equites torquati dicuntur. A PHILIPPO bono Burgundie duce Caroli V. Imperatoris Germaniae Abauo, ascitis in collegium illustre XXIII. Heroibus, Anno Chrtsti institutus.

Recepit autem author ille tales heroes, quorum praeter caeteros nobilitata erat magnitudo animi, virtus atq; industria, id quod Epitaphium eius indicat quod extat.

Tuta à nobilibus quo Ecclesia firmior esset,
Nobilis inuentus velleris ordo mihi est.

Firmamentum Ecclesiae perpetuum constituere voluit, quo ab hostibus tutior ea esse posset. Idcirco in senatum hunc ascivit florem equestris ordinis, & foedere arctissimo ad Ecclesiae defensionem obligavit, Tribuens ei aurei Torquis & velleris insigne, quo ad pietatis ac fortitudinis cogitationem, curamq; incenderentur: Perinde atq; olim Iasonis socij ad expeditionem classicam ad Colchos velleris aurei spe atq; dignitate extimulati sunt.

Sunt qui hunc illustrem ordinem Ioanni Niuernensi Gallo capto à Turca inpugna ad Nicopolim adscribant.

In hunc Regalem ordinem adsciti fuere:

Albertus & Georgius pater & filius duces Saxoniae, quorum ille Auis fuit Mauricij & Augusti Electorum, & atavus Christiani Septemviri. beatæ memoriae.

A 5

Nec

1429.

1395.

1462

1530.

Nec non Imperator Rudolphus II. adhuc Imper- 658
ri gubernacula tenens, cum alijs quibusdam pontificiae
religionis principibus, per legationem illustrem Hispani-
arum Regis Philippi cooptatus est.

VIII

DIVI MICHAELIS ORDO.

AB LUDOVICO XI. Galliae Rege, Anno 1469
institutus, sed fere abolitus est.

IX.

SPIRITVS SANCTI EQVI-
TVM ORDO.

AB HENRICO III. Franciae Rege, postremo e
stirpe Valesiana ceptus, ad perpetuam Catholicae re- 157
ligionis defensionem. Caput ordinis Rex ipse fuit, Secta-
tores vero equites ab eo creati.

X.

SANCTI STEPHANI ORDO.

AB COSMO Hetruriae & Florentiae duce Anno Christi 156
ad exemplum militiae Melitensis in Tusci mar-
ris insula, ubi nova Ciuitas Cosmopolis condita est insti-
tutus. Magister summus ipse dux fuit, Nomen vero
habet à Stephano Florentiae patrono.



Horum

6581
1469
Horum Maiorum exemplis & vestigijs precoriorum
sanè dignis insecuti sunt.

FRIDERICVS II. REX DANIAE
&
CHRISTIANVS I. DVX SAXO-
NIAE SEPTENVIR.

PIÆ & laudatæ memoriæ, qui Societates Illustres
AVREÆ appellatæ, instituebant, & neminem in hanc
admittebant, atq; hisce ornabant, nisi qui Natalium, splen-
dore, virtute, fide, & meritis conspicui, & vere illustres
essent.

1571 I. Quorum Dania Regis honorarium militare Elephan- 1572.
tem turritum, de quo á latere Monile siue Emblema auri
cælati, forma ovali, Margaritis & gemmis pretiosis orna-
ta cum literis maiusculis F. corona Regni subpositis, re-
presentabat.

1568 I. Septemviri verò Monile de auro puro fabrefactum, 1586
& catenulis aureis dependentem, cui insculptum erat:

Cor flammis & colore rubeum perforatum quasi, per quod
gladius & sagitta penetrans, à dextris FIDES, prima-
ria virtutum annexa: vna manu cor apprehendens: Al-
tera crucem gestans: sub ima pedis Calicem habens: cum in-
scriptione VIRTVTIS AMORE.

A fronte cordis binas manus invicem se astringentes,
cum Symbolo Electorali proprio:

FIDE SED VIDE.

A sinis

217
Tm 530
A sinistris virtutem **CONSTANTIAM** cum
Elogio: **QVI PERSERAVERIT, BONVS**
ERIT, demonstrabat.

Quibus sine dubio fortissimi illi Heroes, sanguine, a-
nimis, & fœdere coniuncti, in victam animi magnitudinem,
virtutem & fidem, in toga & bellis, prosperis & adver-
sis rebus, præferre, & unicuique quibus hæ societatis
vincula tribuerunt ob oculos ponere, & ad mutuam de-
fensionem, auxilium, & virtutem bellicam He-
roibus dignam, commonefactos esse
voluerunt.



DRESDÆ.

Typis Gimelis Bergen,


Anno M. D. XCV.

Pon II m 539, QK

ULB Halle 3
003 930 718







B.I.G.

Farbkarte #13

h. 174. f. 49, 24.

II m
539

ORDINVM EQVESTRIVM

TAM VETERVM
QVAM RECENTIVM, DEQVE
EORVM ORIGINE, HABITV, OFFI-
cijs & ornamentis: Relatio Historica.

*È probatis & fide minime suspectis au-
toribus & monumentis succinctis ver-
bis desumpta ab Anno Incarna-
tionis 1110. vsq; ad 1595.*

EDITA STUDIO
LAVRENTII PECKEN-
STENII GRIMMENSIS.



DRESDÆ, M. D. XCV.

